Universitätsbibliothek Paderborn

Via Vitæ Operis Hvivs Hypothesis

Florentius <Batavus>

Antverpiae, 1551

Precatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30077

Visual Library

tura voluntatis, & reſurrectio humilitatis. Obedientia non contradicit, non diſcernit, mortua eſt in malis & in bonis apparentib. Prælatus obedientis reddet rationem pro eo. Hortor ergo hanc ſibi quiſque pro ſtatus ſui conditione quærat commoditatem. Hanc amplectatur ſemitam, hoc tantum non negligat ad ſalutem adiumentum, hoc eſt ſubeſſe quiſque curet alterius imperio: id quod interdũ perinde foret facile laicis, atque ipſis monachis, ſi modo huc, quod in ipſis eſt, adniterentur. Quanquam interim quæ cum voto coniuncta eſt obedientia, aut ex voto proficiſcitur, ſuorum operum merita magis accumulat.

PRECATIO.

Domine IESV Chriſte uere æterne atq; omnipotens paſtor, qui ut ouiculis abſolutam & ſecurã uiuẽdi formã cõmõſtrares, te uoluiſti ſubdere mortalib. Mariæ uidelicet matri tuæ, et educatori tuo Ioſeph, ut hoc humilitatis exemplo nos ſuper-

ſuperbi ac tumidi ad ſalutarem obedientiam uel ruͣ bore compellamur: da obſecro mihi rigido ac intractabili, ſic meipſum meaque conſilia peſſundare ac frangere ualeam: aliorumq́; memet iudicijs ſubijcere, credere, & adhibere cupiam: da ſic tuo amore ferueam: da ſic mihi ipſe in mei ſenſu totus eniteſcam, ut ſemper & in omnibus ſolicitus aliurom conſilia reqnirам: alienam potius quàm propriam uoluntatem ſequar & exequar. & in ſacræ obedientiæ humilitate memet exercitans, in uera ac ſecura uia uirtutum conſtanter perſiſtam.

TRA-